Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



22

non licet si modo id facere possit. Acceptorq; autem beneficiorum sunt delectus habendi. Nec dubium quin maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen in primis quo quisque studio benevolentia ferrerit ponderandum est. Multa enim faciunt multa temeritate quadam sine iudicio vel impetu animi incitati. Nec beneficia eque magna non sunt habenda atque ea que iudicio considerate constanterque delata sunt. Sed in collocando beneficio referendaque gratia si certa paria sunt hoc maxime officium est ut quisque maxime operis iudicetur ei potissimum opitulari. Id contra fit a plerisque a quo etiam eum plurimum speramus etiam si ille his non egeat tamen ei potissimum inferimus. Prime autem hominum coniunctio societas humana. Quam si ut quisque erit communissimus. Ita in eum benevolentia plurimum conferetur. Sed quoniam nature principia sint gratia et societatis humane repetendum iudicetur alatus. Est enim primum id genitum in omnibus societas quasi humanam societatem. Eius autem vinculum est ratio et oratio que docendo discendo communicando disceptando iudicando conciliat inter se homines conciliatque naturali quadam societate. Neque ulla re magis absumus a natura ferarum. In quibus inesse fortitudinem sepe diximus ut in equis et leonibus. Iustitiam equitate benignitate id dicimus. Sunt aut rationis et orationis expertes. Clarissime quidem patens hominibus inter omnibus inter omnes societas hec est in qua omnia rerum